Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26771
Copyright: Admont, Benediktinerstift



monachi proprium aliquid habere

Precipue hoc uitium prauitatis eradicandum est de monasterio. ne quis presumat aliquid dare aut accipere sine iussione abbatis neque aliquid habere proprium. Nullam omnino rem neque codicem neque tabulas. neque graphium sed. Omnino omnique quibus nec corpora sua. nec uoluntates licet habere in propria uoluntate potestate Omnia uero necessaria a patre sperare monasterium nec quisque licet habere. quod abbas non permiserit aut dederit. Omnia que omnibus sint communia. ut scriptum est. nec quisque aliquid esse suum dicat uel presumat. Qui si quisque huic nequissimo uitio deprehensus delectari. admoneatur semel et iterum. si non emendauerit correctioni subiaceat

Si omnes equalis debent necessaria

Sicut scriptum est Diuidebatur singulis prout cuique opus erat. ubi non dicimus quod absit personarum acceptio sit. sed infirmitatum consideratio ubi qui minus indiget. agat deo gratias et non contristetur. Qui uero plus indiget. humilietur pro infirmitate. et non extollat pro misericordia et sic omnia membra erunt in pace. Ante omnia ne murmurationis per qualiumque uerbo uel significatione apparuerit. si deprehensus fuerit quis districtioni discipline subiaceat; De septimanariis

Fratres sibi mutuam seruiant. a nullo exceptione excusetur a coquine officio. nisi aut egritudine